

## Sermo

est debilitas in singulis eo quod natura non  
 quod facit per multa quod potest per pauca  
 Immo semper operatur per pauciora quam  
 tum potest. ut Iobus dicit. ergo cum vi  
 deamus. quod qui volunt temporalem necessi  
 tatem excludere oportet eos diuitias inu  
 merabiles congregare nec sufficere pace.  
 Tertium est eas debiles esse maxime cum  
 nec multe possint necessitatem excludere  
 Quia autem multitudo rerum singulis sit signum  
 debilitatis probatur exemplis. ¶  
 Exemplum igitur primum accipe in natura.  
 Nam videmus multa reptilia in corpo  
 re exigua esse multipedia. ut vermes bre  
 ues et culices. in quibus sunt multi pedes. quod  
 valde sunt debiles quod si obiles et pauci es  
 sent corpus sustinere non possent. et gressum et  
 vitam persequens perderent Sapiens  
 ergo natura que talibus fortia cura cor  
 porum proportionabilia dare non potuit debili  
 tatem multitudine supplere. Nam vide  
 mus quod ubi pedes validi sunt et fortes. in  
 nimis pauciores esse. Unde hec est ratio  
 quare culex plures quam elephas habet pe  
 des. cum illud animal sit exiguum valde  
 hoc autem per maximum Item in rebus artifi  
 cialibus videmus. quod quanto pannus mino  
 ris sint virtutis ad fomentum naturalis ca  
 lois. tanto necesse est ut eius homo indu  
 ar plures. Ex his exemplis certissimum est  
 quod diuitie ideo queruntur plures. quia non  
 paucis contenti sunt homines. sicut sunt  
 debiles et quod promittitur efficere non va  
 lentes. Nam promittitur suum possessores  
 facere beatum et felicem. et totum contra  
 rium faciunt dum auferunt regnum supre  
 mum. et ducunt ad infernale supplicium.  
 Unde ob hanc causam dominus Math.  
 xix. dicit. Facilius est camelum per foramen  
 acus transire quam diuitem intrare in regnum  
 celorum. quod sicut camelus non poterat per  
 acum transire. sic in regnum celorum di  
 ues intrare non potest nisi ante mortem de  
 sinat esse diues ¶ Istis consideratio  
 nibus atque alijs quam plurimis sancti diuiti

as contempserunt Et quid mirum si contem  
 pserunt vana hec propter deum que con  
 temperunt multi homines propter mundum  
 Quid mirum si contempserunt christia  
 ni. quod contempserunt pagani Dicit enim  
 Seneca. quod nemo dignus sit deo qui diui  
 tias non contemnit. Et Bernardus Magna  
 gna abusus et penitus nimis magna ut di  
 ues velit esse vermiculus vilis propter  
 quem tam pauper voluit esse dominus ma  
 iestatis Querat inquit paganus diuitias  
 cum sine deo existat. querat diuitias et in  
 deus qui eas accepit in re promissionem.  
 Sed qua fronte christianus diuitias que  
 rit postquam christus beatos pauperes esse  
 predicauit. que ergo est tanta auaricia. quod  
 christianos inuasit ut non sufficiat seminare  
 et multa colligere sed insuper infinitis usu  
 ris et varijs mercatoribus quibuscumque  
 peccatis congregarent peritura Seneca  
 dicit. in obsessa via pauperis par est. et quod pau  
 per est nullam calumniam veretur. nullas for  
 midat lites. nullas timet aeris passiones  
 at ideo inquit. paupertas est dei donum  
 paucis datum. Gregorius. Quid in hac  
 vita laboriosius quam terrenis desiderijs estu  
 are. Sed quid quicquid quam nihil preter de  
 um in hac vita appetere. ad patriam in  
 quit liberius te nominamus si in via onere ca  
 remus. nam qui mihi onus diuitiarum ab  
 stulit ad currendum me citius expedit.

### De doctore Sermo. xv.

**Q**uiscite a me quod  
 mitis sum et humilis corde.  
 Math. xi. Naturale est et ad  
 sensum manifestum. quod omnes aque flu  
 unt ad valles. sic spiritualiter omnes scien  
 tie fluunt ad humiles. et in tantum est ve  
 rum de aquis quod si aqua fluat super aliquod  
 planum et obuiat illi aliquid concuuium  
 statim in illud currit. nec ultra pertran  
 sit donec illius vacuitatem impleuerit.